celebrandum, statum huoi confirmauit operepretium se fecisse arbitrans. Summus Ecc.ae Pastor vt quando dies huiusmodi celebritatis sub nomine Conceptionis ab Ecc.a Romana colitur, Sanctita S.B.e Virginis sub nomine Sanctificationis eodem die Ordini Prædicator. relinqueretur celebranda.

ante partum. hoc autem est quod dixit S. Vincentius Ferrer Ordinis Prædicator. in serm.e 2.o Natiuit. Mariæ sub his uerbis Sed statim postquam corpus fuit formatum et anima creata, tunc fuit sanctificata ideo fit festum de eius conceptione, quia facta est lux ... sanctificationis in ea, et statim Angeli in coelo fecerunt festum Conceptionis.; et iterum in sermone de Conceptione Vir. ait. de nullo S.cto fit festum conceptionis nisi Xpi et Virginis. Hæc ille: et ratio est, quia in nullo præter ipsos fuit sancta Conceptio.

-66-

Duas alias rationes quibus prædictus Pater probare nititur Silentium imponi debere vtrique opinioni, futiles esse et nullius momenti ostenditur.

Prima Ratio sumitur ab exemplo in hac eadem causa quæ apud Germaniam inter fres Prædicatores, et Minores uersabatur. Alex.r 6. uiuæ uocis suæ oraculo ad instam Ill.morum Cardinalium Oliuerij Episcopi Sabinen. Ordinis Prædicator. protectoris et Georgij Albanen. Ordinis Minorum Vice protectoris die 16. februarij anno 1502. Vniuersis fribus utriusque prædicti ordinis in partibus Allemaniæ commorantibus, vt bullam Sixti 4.ti obseruarent addens vt nullus sub censuris et poenis in d.a bulla contentis, et sub

1. Exempla huoi nec in omnibus uera sunt nec faciunt ad propositum. Oraculum enim illud Alex. VI. nunc de nouo à prædictis Pribus inuentum tamquam de falsitate suspectum non debet admitti. Cum enim idem Alex. die 20. februarij eiusdem anni 1502. ediderit Bullam quæ incipit: illius qui, in qua confirmabat aliam Sixti 4.ti circa materiam conceptionis, et nullum silentium imponit vtrique opinioni, non est credibile quod vltima die martij eiusdem anni dederit simile oraculum, 40 tantum diebus post d.tam bullam. Et vlterius non

sub poena priuationis officij predicandi
directe uel indirecte predicaret uel predi
cari faceret, vel quomodolibet aliter ser:
monem ad populum haberent de concept.
B. Virginis Mariae. uolens silentium to:
taliter coram laicis de hac materia sub
eisdem censuris obseruari. Oraculum
autem Incipit Perhumanae redemptio:
nis. Sub datum Romae in aedibus Resi:
dentiarum dtorum Cardinalium 1502. die
ultima Martij. Pontus Alexandri VI.
anno X. Jo. Bapta. de mandato ... Laur.
Bocatius de mandato ... Quod ergo Alexr.
tunc fecit pro fribus Praedicatoribus
et Minoribus Allemaniae, faciat nunc
Smus D. Noster indicens super hac
materia sub eisdem Censuris non solum
fribus Praedicatoribus et Minoribus
sed alijs omnibus fidelibus, ut nec
publice nec priuatim de ea sermonem
instituant Sicut etiam fecit Pius
2s in illa controuersia habita a fribus
Praedicatoribus, et Minoribus. An diui
nitas separata fuerit a sanguine
Xpi in cruce effuso. Nam quamuis
fres Praedicatores qui partem negati:
uam tuebantur coram Smo aduersarios
conuicissent, et gloriosam de ijs reportasset
Victoriam tamen sedes Apca. ut frum Minorum ord.
de eccl. bene meritis honori prospiceret no solum
illis de oibus sup hanc controuersiam perpetuum
imponit silentium quo Smi decreto sedata penitus fuit
illa tempestas, et facta fuit in eccl. suma tranquillitas.

non est uerisimile quod isti Illmi Cardles
facientes memoriam Bullae Sti 4ti in dto
Oraculo non facerent mentionem Bullae
eiusdem Alexandri uiuentis a quo ipsum
Oraculum procedebat, et quam ipsi reuocabant,
auferentes libertatem predicandi, et docendi
quamlibet opinionem. Nec magis facit ad
propositum exemplum de sanguine Xpi
in cuius controuersia falsum est dicere
quod fres minores in conspectu Smi fuerint
conuicti, cum contrarium colligatur expresse
ex bulla Pij 2di quae Incipit. Ineffabilis
Dat. Kal. Augusti anno 1464. in qua
Summus Pontifex statuit, et determinat
quod deinceps nulli liceat quomlt asserere, quod
hereticum uel peccatum sit tenere uel credere
sanguinem ipsum sacratissimum vt ostenditur
triduo passionis eiusdem Dni Nri Jesu
Xpi ab ipsa diuinitate quomlt fuisse uel
non fuisse diuisum uel separatum donec sup
dubietatis huiusmodi decisione fuerit per Sedem aplicam
distinctum. Cum igitur fres Praedicatores
fuerint accusatores in hac causa imponentes
Minoribus fribus crimen haeresis, et inten
dentes illos propterea puniendos fore, et
pallinodiam debere decantare quod obtinere
non potuerunt, iam clare constat quod
potius Victi, et confusi, quam gloriose
Victores extiterunt. Testatur etiam
Sixtus 4. tractatu de hac re quem nondum
Papa scripsit, sub Pio II. legisse se bullam
eiusdem Pij quae extabat apud fres Minores
Prouinciae Tauronensis (fortasse turonicae) in qua
definit quod non repugnat pietati
fidei

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

fidei affirmare aliquid de Sanguine Christi in cruce effuso post Christi resurrectionem in terris remansisse. Dico 2.° exempla non esse ad propositum quia remedium, et medicina applicari debet illi parti quae infirmatur non vero illi quae sana est. Iuxta illud Lucae 5. non egent qui sani sunt medico sed qui male habent. Cum igitur scandala ex parte affirmativa oriantur in Populo xpiano (prout in bullis Pontificum continetur) et non ex assertione negativa, quin potius ex ista devotio et pietas populi et gloria Dei et xpi, etiam constat nullatenus convenire silentium imponere negativae opinioni sicut impositum est alibi quando ex utraque scandalum oriebatur. et ex neutra devotio et aedificatio Populi xpiani augebatur.

2. Nunquam haec pax et tranquillitas expectari poterit si uni tantum parti silentium imponatur, et alteri liberam loquendi et alterius partis defensores vexandi et molestandi facultas relinquatur. Semper enim sibi illam contentionibus et rixis unde scandala oriuntur persequetur: oportet ergo ad tollenda scandala omnesque dissentiones iurgia et controversias quod utraque pars silentio consepulta moriatur.

2. Ecclesia Sancta nunquam reliquit facultatem vexandi, et molestandi sed faciendi id quod iustum et licitum est, si tamen post impositum silentium parti affirmativae defensores illius obedierint (sicut praesumi debet de viris Catholicis et Religiosis) et nihil fuerint molestati (quod non est credendum) tunc erit tempus iusta sua querela et alterius remedij iuxta necessitatem

In fi

Infirmitatis, et Inobedientiæ cōtumaciā.
Nunc autem propositio pti Pris simillima
mihi uidetur illi quam fecit corā Salomone
Mulier cuius filius mortuus erat et proptª
contentiebat diuisioni filij alieni. Mater
autem propria nequaquam illud admisit
eligens magis suū filium alteri adiudicari
quam illum mortuū uidere. Non sepeli-
atur memoria Immaculatæ Conceptionis
sed potius uiuat etiam si defensoribus
ptis partis affirmatiuæ adiudicetur
(dicunt ueri filij, et amatores tantæ
mtis) quia non suum proprium honorē
querunt sed gloriam xpi et puritatē
matris ipsius toto corde et animo defen-
dunt. Omnia quæ dixi censuræ et cor-
rectioni Sanctæ Matris Eccª libenter sub-
mitto.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA